

Johann Sithmann Georg Caspar Flemming von


**Speculi Imperii Romani Veteris Et Moderni Ex I. 2. ff. de O. I. ad modernum usq[ue] Imperii statum, & formam continuati Disputatio Prima De Urbis Romae Initio: Romuli Iure Et Legibus Curiatis: Aliorumq[ue] Regum Romanorum Regimine**

Stetini: Goetschius, 1650


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757237355>


Druck Freier  Zugang





V. K. 2 (165.)





41 5  
SPECVLI IMPERII ROMANI  
VETERIS ET MODERNI

Ex l. 2. ff. de O. J. ad modernum usq; Imperii  
statum & formam continuati

DISPUTATIO PRIMA.

DE

URBIS ROMÆ

INITIO: ROMULI JURE

ET LEGIBVS CVRIATIS:

ALIORVMQ; REGVM ROMA-  
NORVM REGIMINE

Quam

SS. Triade feliciter annuente:

Præfide

*Clarissimo Consultissimo, & Excellentissimo*

DN. JOHANNES Sichman Pom. J. U. D.

ET PROFESSORE REGIO, Præceptore,

& Fautore æviternum honorandô,

*Publica Disquisitioni submittit*

GEORGIUS CASPARUS FLEMING,

Nob. Pom. Respond.

In aroaterio Majori horis

ab 8. matutinis.

ANNO M DC L. 19. Julii.

STETINI,

TYPIVS GEORGIJ GOETSCHII, PÆDAG. REGII TYPOGR.

SPRACHLEHRE DER RÖMISCHEN

SPRACHLEHRE DER RÖMISCHEN

SPRACHLEHRE DER RÖMISCHEN

SPRACHLEHRE DER RÖMISCHEN

SPRACHLEHRE DER RÖMISCHEN

SPRACHLEHRE DER RÖMISCHEN

SPRACHLEHRE DER RÖMISCHEN

SPRACHLEHRE DER RÖMISCHEN

SPRACHLEHRE DER RÖMISCHEN

SPRACHLEHRE DER RÖMISCHEN

SPRACHLEHRE DER RÖMISCHEN

SPRACHLEHRE DER RÖMISCHEN

SPRACHLEHRE DER RÖMISCHEN

SPRACHLEHRE DER RÖMISCHEN

SPRACHLEHRE DER RÖMISCHEN

SPRACHLEHRE DER RÖMISCHEN

SPRACHLEHRE DER RÖMISCHEN

I.  
SPECULI IMPERII ROMANI  
VETERIS, ET MODERNI

Ex l. 2. ff. de O. I. ad modernum usq; Imperii  
statum & formam continuati.  
DISPUTATIO PRIMA

DE

VRBIS ROMÆ INITIO:  
ROMULI JURE, ET LEGIBUS  
CURIATIS: ALIORUMQ; REGUM RO-  
MANORUM REGIMINE.

RESPONDENTE

GEORG. CASPARO à FLEMING Nob. Pom.  
Introductio.

**S**tructuram Imperii Romani veteris stupen-  
dam & toti mundo admirabilem, † si ex libris Justi-  
niani nostri repetere allubescit præter Pomponium  
in l. 2. ff. de O. I. qva Jura & ICtos, qvave Magistratus  
qvæ immota omnium legitimorum Imperiorum sunt  
fulcra & fundamina, meliq; explicuit nemo. Imperator namq; non  
tam publica qvàm privata tractare animum induxerat. † Inde  
factum, qvod veterum ICtorum adeo parcum fuerit Juris publici  
studium, ut qvæ in qvibusdam titulis ff. & libris C. à Compilato-  
ribus consarcinata sunt, cæmentum magis & rapsodiam crederes,  
qvam integri & perfecti operis structuram, ideo & ipse † Pompo-  
nius utcunq; veteribus ICtis hâc in parte diligentior in Enchiridii  
sui artificio infinitis scatens lacunis & maculis, aliundè ex bono-  
rum Autorum monumentis, vel suppiendis, purgandis, aut delen-  
dis, genuinam antiqvi Romani Imperii ideam vix ac ne vix qvi-  
dem ad vivum repræsental. † Sed in hoc & simili absoluto argu-  
mento in rebus humanis desitum est, vitreum vas lambimus & pul-  
tem non attingimus. Historiam recolimus non integram, non  
A perfe-



perfectam, non rei sed temporum injuriã, ex omnibus quæ veritatem intimam sapiunt, nihil præter ossa remansit, nam carnem, & cætera, temeritas, & inconsulta Imperitorum licentiã laceravit.

5. † Minime dubitandum est multa alioquin præclara scripta, quæ forte ex universali illo incendio vindicias quæsierant, librariorum incuria nec relecta, rescripta, sed suppressa & deperdita esse, & subverenda fuisset rerum omnium extrema barbaries, si artis typographicæ nos fatum voluisset diutius expertes. Prodeat jam cum nova urbe sua Romulus: Numa cum Legibus: Dictatores: Censores: Decemviri: Pontifices: vari Tribuni, & alia Imperii Romani antiqui fulcra, prodeant & ἀνορθώσι refarciant, quod injuriã deperditum, incuriã neglectum est. † Conferantur Monarchiarum diversissimi status & in rem præsentẽ veniant Julius Cæsar & Augustus cum Constantino Magno: Romulus Myrmillus Augustulus cum Carolo Magno: Hic cum Ottonibus & sqq. quisq; non sua sed aliena, non priora sed diversissima veluti polum antarcticum demirabitur. Et quis non verisimiliter præsumet constantibus exemplis modernum seculum novas properaturum edere formas. Verum hoc opus, hic labor est variatam hanc Imperii structuram unã compage producere in scenam. Sed quis Oedipus aut Æsculapius tam abscondita & gravissima dissolvat Imperii toties variati mysteria, Theseo bis opus esset, ut labor superaretur.

7. Sed quicquid sit † animum obfirmavi ut pro tempore, pro historia extante imperii Romani faciem quã sub Romulo cœpit, & post Consules variosq; Magistratus & Imperatores Romanos ad Germanos delata est & ad præsentem diem durat continuã & chronologicã quadam serie veluti in unum corpus ex tot membris vel avulsis, vel adhuc coherentibus compositã, in speculo quasi, sicuti ejus fert receptio, ubi per integram staturam non licet, per summa quasi capita, & puncta, repræsentarem, adductus methodo Pomponii in l. 2. ff. de O. Jur. ubi primum Jura, deinde Magistratus & ultimo ICtos quatenus singula Justinianum præcesere distinctis paragraphis absolvit; Ita & distinctis continuationibus Chronologicis Jura & Magistratus tempore Justiniani & post ejus tempora constitutos enatosq; ad Caroli Magni & Ottonum tempora & ab his

his ad præfens ævum quoad immediata & mediata Imperii moder-  
ni membra continuatō filō (quantum possibile est, chrenologicō)  
scrutabor.

† Quod quia ad illum modū antea quod sciā, à nemine est fa- 8.  
ctū, ipse perspicias Lector quisquis es, quæ de rebus abstrusis & longè  
gravissimis disputandò hâc vice tentare lubet. Sed antequā primū  
lapidem pono, præcipio, imo adjuro tibi, me non tam judicare, quā  
disserere, non tam decisionis agere arbitrum, quam Quæstoris in-  
star urnæ præesse, & cum Labeonem potius quam Capitonem secu-  
tus, in nullius verba faciliter jurē, mea tamen non præfractè defen-  
dam, illiq; parti palmā lubenti animo conferam cui eam juris, re-  
ctæ rationis & æquitàtis destinavit tranquillitas, sanè, si in tam præ-  
claro & illustri argumento errare, aut hallucinari, non laudem ali-  
quā, veniā tamen quod confido omniū bonorū merebitur iudicio.

† Incipio jam DEO præeunte à *liv. 2. ff. de orig. Jur. 9.*  
ejusq; continuatione. Lacones olim in re seria ἀνεπισημῆς Mos  
Justiniano alius est, qui singulis suis libris præfationes & confir-  
mationes, titulis plerumq; continuationes præmisit, quod visitur  
in constitut. *Tanta Ad omn. popul. Constit. De Justinian. Cod. Confirm.*  
*Constit. Omnem. De Confirmat. ff. constit. Dedit. Ad Senat. constitut.*  
*De Emendat. Cod. Constit. Imperatoriam. Ad proem. Institut. l. 1. ff. h.*  
*tit. fac. c. inter dilectos: De fide Instrument. c. præceptis. dist. 12. lib.*  
*si donatio ff. de donat.* Authenticorum collationibus exceptis quæ  
sine præfatione & confirmatione editæ sunt, propterea ab ipso in  
præsentem ordinem congestæ non creduntur. Cujac. *lib. 8. obs. ult.*

† Præmisserunt in titulo præcedente Compilatores titulū de fine 10.  
Juris ultimo, Justitiā, jurisq; naturalis seu gentium primævi. *l. 1. 2.*  
*3. ff. de 7. & 9. ac secundarii l. 4. & 5. d. tit. indole, civilis deinde ju-*  
*ris originem citra tædiosos verborum verborum verborum verborum* 11.  
*debet l. 1. h. tit. & prudentissimos quosvis stomachari solent, ab*  
*ipsis Urbis initiis & incunablis repetit Pomponius, censetq; nefas*  
*esse, omisiss initiis atq; origine non repetitā † illotis manibus ad* 12.  
*Juris Interpretationē prolabi d. l. 1. Similitudine loquendi à ritu ex*  
*Ceremoniis circa sacra olim adhiberi solitis, deductā, quò omnia*  
*munda neq; illota peragi oportebat, quod innuere videtur Hestio-*

4.

**C**us: Iovi mane vinum libari illotis manibus vetans in *libell. oper. & dier.* Unde sacratissimum Iustitiæ templum illotis manibus ingredi haud licet illotò scil. animò, doctrinà & bonis disciplinis non imbutò. †. Facile intelligendū quantum trium Mensum Jctis sit deferendum, qui non præmissis humanioribus in omni ferè scibili juventutem suam erudierunt. Hi futuri Jcti quemadmodum Empyrici Medici, illi fora, dant hi præcipitare rogam; Illi non tam Iustitiæ, quàm litigandi tradunt vias, quod est apud Cicer. *lib. 1. de legib.* Διαβολή τις κακή καλόν ὄνομα πρὸς ἡμαρμένη τέχνην. ait. Plato de iisdem loquens. *lib. II. de legib. p. 937.* Ammian. Marcell. *lib. 30.* Eò juri operam daturis adnitendum ut laudabili doctrinà præmuniti ad elogium Leonis & Anthemii Impp. ambigua causarum fata dirimant, suæ defensionis viribus in rebus sæpè publicis & privatis lapsa erigant, fatigata reparent, non minus provideant humano generi quam si præliis ac vulneribus patriam parentesq; salvent, in *l. advocati 14. C. de Advocat. divers. Judicior.* Sintq;.

Insigne mæstis præsidium reis. Horat. *2. od. 1.*

14. A quibus quam longè absint † graculi illi forenses, togatq; vultures Rabulæ, dicam ad constitut. *Omnem suo loco,* quos vivis coloribus depingit Ammian. Marcell. *d. loc. & Senec. in Hercul. fur,* nemo est quin intelligat.

15. † In *d. l. 1. b. tit.* Observandum, quod præcipit imperator Compilatoribus, in Constitut. *Tanta. §. Tanta 10.* ut si quid apud Authores legum, vel supervacuum, vel imperfectum, vel minus idoneum eis visum fuerit, vel adjectionem, vel diminutionem necessariam jungendam. Diminuit hic Tribonianus verba Gaji. Qvis enim dubitabit eū proluxæ præfationi ad L. XII. Tabul. ipsam Juris Historiam non subjunxisse, quia autem Tribonianus intellexit hujus relationem non satis plenam, Pomponii vero amplio-rem, ac meliorem omisâ Gaji Juris origine, Pomponii secutus est, 16. illamq; in sequente *l. 2.* contextit. †. Num autem verba initialia *l. 2. Necessarium Itaq;* Authoris num Gaji, an Triboniani propria sint, hariolari non liquet; Magis est, Authori Pomponio tribuamus, qui descripturus Juris civilis progresum & originem, illis verbis facile ipse orsus est.

Sequi-

† Sequitur jam *l. 2.* cujus Rubrica est: Pomponius *lib. singula- 17.*  
*ri Enchiridii.* Alii Triboniano legem tribuunt sed falso: Inscriptio  
 quando legis authorem manifestat, nimis sollicita est insuper du-  
 bitatio. In constitut. *Tanta §. tanta 10. Ad O P.*

†. Pomponius Jctus floruit Alexandri Severi Imp. tempori- 18.  
 bus, qui fuit XXX. Imperator Ethnicus circa A Salvatoris CCXXII.  
 Imperio praefectus, à cujus consiliis illum fuisse Lampridius refert,  
 una cum aliis Jctis eminentissimis: Fabio Sabino, Sabini insignis  
 Viri filio: Catone temporis sui: Domitio Ulpiano jurisperitissimo:  
 Aelio Gordiano: Julio Paulo: Claudio Venantio Oratore  
 amplissimo, Catilio Severo, Imperatoris Severi cognato, Viro do-  
 ctissimo. Aelio Sereniano viro omnium sanctissimo: Quintilio,  
 Cajo Marcello, quò meliorem Historiæ ne quidem continent: Al-  
 pheno: Africano, Florentino: Martiano: Callistrato: Hermoge-  
 ne: Venulejo: Tryphonio: Metiano: Celso: Procūlo & Modesti-  
 no &c. Qui omnes fuere Papiniani discipuli & Imperatoris Ale-  
 xandri Severi Consiliarii, Socii & familiares, ut scribit Marius Ma-  
 xim. & Lamprid. † Hotomannus vult Ulpianum & Paulum Pa- 19.  
 piniano esse Coætaneos, qui sub Caracalla, quarto ante Alexan-  
 drum Imperatorē vixit per *l. rescriptum 12. ff. de distract. pignor.* Sed  
 hoc ex lege illa non probat.

Ipse Pomponius, † Consiliarius Alexandri Severi, cujus tem- 20.  
 pore Jctorum maximam fuisse auctoritatem Historiæ tradunt, ex  
 clara & nobili Pomponiorum familia oriundus. Sub felici hujus  
 Imperatoris seculo vitam in octavum supra septuagesimum an-  
 num produxit. Lamprid. *in Alex. Severo.* Scripsit libros quos ad Sa-  
 binum misit, librosq; Quæstionum, variarumq; lectionum, etiam  
 librum unum, quem Enchiridium inscripsit, ex quo hæc de origi-  
 ne Juris in nostra *l. 2.* notata Tribonianus desumpsit. † Fuit hoc 21.  
 admodum familiare Jctis antiqvis Epitomas conscribere. Her-  
 mogenianus *Ἐπιτομῶν* Juris libr. Sex: Modestianus *πανδεκτῶν* libros  
 12. Ulpianus singularē addidit: Paulus receptorū sententiarū *lib. 5.*  
 qui hodie notis Cujacii locupletati, ex antiquo illo incendio post  
 liminio supersunt. Eundem fuisse laborē aliquando Ciceroni, col-  
 ligitur ex duabus ejus epistolis *ad Attic. lib. 12. & 13.* Idem & Floro,  
 Justino multisq; aliis fuit.

Nigrum

22. Nigrum seu † titulus ipse loquitur de tribus. 1. de Origine Jura. 2. Magistratibus. 3. successione Prudentium. Ex hisce Res Romana sua incrementa hausit & ad posteritatem devoluta est, quæ singula secundum methodum Pomponii ex Jura antiquo, digitos rodam, ut eruat.

Ad pr. §. 1.

## De urbis Romæ initio & populi Romani tum temporis legibus.

23. **N**ecessarium itaq; † ait Pomponius, nobis videtur ipsius Juris Originem & proecessum demonstrare. Vult innuere Ictus sine origine, ac ordine præcognito neminem in Juris civilis studio solidè unquam posse præficere ac progredi arg. 1. scire ff. de legibus Necessarium namq; est, sine quo quid fieri non potest, sine principio autem facto nemo finem appropinquat, est enim cujusq; rei
24. potissima pars teste Cajo in l. 1. b. tit. † Implicat ergo jura quem nosse, si principia, causam & originem juris ignoret, in qua magna & evidens eruditionis pars recondita est, quæ si abest, quicquid de legibus, Ictis, Jurisconsultis &c. quis edisserit, mutilatim ac frutillatim profert, quia à potissimâ parte principio non orditur, quod vel ignorat, vel neglectui habet. Unde oppidò liquet ita jura esse pertractanda, ut si quid occurrat ex hisce principiis veluti ex Phitia Tripode natum, necessario & gnaviter esse
25. rimandum, sine quo jus indagare non licet. † Impossibile est fundamentò malè jactò bonum superinstrui posse ædificium. arg. ean. cum Paulus 26. caus. 1. Quest. 1. Andr. Barbat. Vol. 3. Consil. 35. in pr. si quis secus faceret, hunc Jovem lapidem juravero, jurium pondus & nervum penitus ignorare.
26. Non † succenseat quis Pomponio, quod imperiti leguleji, seu lectores olivarum facere solent in plurali de se ipso esse locutum. Ex usu namq; modo singulari, modo plurali numero de nobis ipsis loquimur, de secunda verò persona, ad quam sermonem dirigimus, numero tantummodo singulari, quæ decoris & modestiæ nota est. Minueremus quodammodo dignitatem alterius, si ei rebus gestis alium quasi socium adjungeremus. Ita videmur nescio quò modo

72  
dò modestius loqui, si quæ nos soli egimus, plurali numero ex-  
primamus, quasi non soli, sed aliis adiutoribus ea egerimus. Cæ-  
terum ubi talis respectus non subest, modò singularem, modò  
pluralem proferimus.

† Originem jam seu causam, fontem, ac ortum Juris Roma- 27  
ni, similis est locus in *l. fin. §. pen. ff. ad municipal.* Bartol. in *l. assum-  
tio. §. filius ff. d. tit.* Et *l. 2. C. de municip. & orig. lib. 10.* descripturus  
Pomponius in *§. 1. incipit.* Et quidem initio civitatis nostræ po-  
pulus sine certâ lege, sine certoq; jure primum agere instituit,  
omniaq; manu Regiâ gubernabantur. Dicit duo *1. De initio Ci-  
vitat. 2. de anomia populi Romani.*

Quòdam † illud fuerit initium, quò fundatore, aut condi- 28  
tore Roma (quæ κατ' ἐξοχήν hic civitas dicitur) initium cœperit,  
Romulo num alio? Pomponius contra Cajum in *l. 1. b. tit.* illotis  
quasi manibus, origine non repetitâ, non refert. Halicarnasæus  
Plutarch. in *Romul.* † Sempronius de *Divis. & Chronograph. Ital.* 29  
Salust. in *Histor. de conjurat. catalinar.* & quidam alii hoc agunt, non  
à Romulo, sed alio fundationem primam factam fuisse, Octingen-  
tis enim ferè ante Romulum annis Romam oppidum extitisse, si-  
ve à Roma Æneæ aut Ulyssis filio, sive Roma, filia quædam Troja-  
na, fortè Aseanii, post adventum Æneæ & gentis Iliacæ in Italiam  
exstructum, & Romam fuisse appellatum. † Alii Evandrum reli- 30  
ctâ Arcadiâ & pulsus in Latio Aboriginibus in monte Palatino, qui  
Romæ jam pars est, sedem fixisse, & oppidulum ibidem inventum  
Valentiam dictû, ædificiis additis, Romam nuncupasse, aut in ipso  
Palatino monte ubi confederat, aut ut alii malunt, de novo op-  
pidum Pallantium, à nomine Pallantis proavi sui ita dictum, ex-  
struxisse, Romulum verò, ut dixi, octingentis ferè annis post in eo  
loco ubi penes Tyberim eum fratre Remo erat expositus & edu-  
catus, monte Palatinò inclusò, Regiam Tetrapolim formasse, & in-  
tegrum spatium, quo urbs esset amplificanda & educenda, sacrò  
aratrò cinxisse, cui loco urbs Roma omnium in mundo splendidis-  
sima, jam lerna malorum; est superstructa Conf. Livium *lib. 1.* 31

Initium † ergo civitatis, sit cujus sit, Romulo non tam fun-  
datori, quam amplificatori de veritate historicâ asserendum, ut ut  
de civitatis nomine imposito inutiles cui quam allubeant argutiæ.

† Romu-

- 8.
32. † Romulum alii Æneæ filium, & Dexithæ Phorbantis gnata fuisse existimant, illumq; cum fratre Remo parvulos admodum in Italiam delatos fuisse alveum fluminis ingresses, amissis navibus, comitibus deperditis, incolumes in ripam evasisse, quæ traditio secundum Plutarchum meritò reprobatur. † Ex Albanorum Regū stemmate ab Æneâ profato Proavo Proca progenitus Romulus. Plinius Nepos tradit Procæ, Regem Albanorum, Numitori & Amulio filiis suis regnum annuis vicibus habendum reliquisse, ut alternis imperarent annis, sed Amulium fratri non reddidisse.
33. † Plutarch. refert Amulium res Albanas bifariam fuisse partitum, in regnum scil. & thesaurum, quem ex Troja majores devexerant, ut utram partem vellet Numitor deligeret, regnum sibi potius eligit. Sed Amulius ob auri magnitudinem factus potentior, fratrem adortus, sedem Regiam facillè occupavit. † Livius tradit Procæ Numitori filio maximo Regnum vetustum Sylvie gentis legasse, sed per vim & contra voluntatem Patris pulsò Numitore fratre Amulium regnasse. Privatò igitur regia Majestate Numitore, veritus Amulius, ne pœnas aliquando daret, Numitoris filium, quem Lausum Ovidius, & Egestum Dionysius vocat tunc hircvitalientem interficit: Filiam, quam nonnulli, Iliam, alii Rheam, quidam Sylviam appellant, jam nubilem Sacerdotem vestis designat, ne ea viro tradita pareret ultores generis. † Quarto deinde anno, ut Dionysius ait, Sylvie eunti in sacrum Lucum Martis, aquæ puræ ferendæ gratiâ, quâ debebat ad sacra uti, vim quidam attulit, quem nonnulli procorum quendam fuisse asserunt puellæ amore usq; à teneris annis captum; Alii Amulium ipsum: Alii Genium cujus Lucus erat.
37. † Amulius sive conscientiam peccatorum, sive etiam suspicionem verisimilium motus, mulierem gravidam confestim observari jusfit, ne clam pareret; Erat enim non longè à partu. Edidit tandem geminos miræ magnitudinis & formæ, sed Antho Regis filia precibus apud Patrem effecit ne in Sylviam sæviret. Exportantur infantes, in fluvium projiciuntur, alveus infantes ejicit, ejectis vagientibus picus volucris Martia alimenta subministrat, & Lupa paulò ante, foeta turgentibus lacte uberibus ea ad ora vagientum

gientum submittit. † Reperti à Pastoribus à Faustulo subulco- 38.  
rum primario in arte pastoritia educantur. Erant ambo indolis  
ad summa quævis natæ, eminebat tamen in Romulo natura facilior  
& ad consiliū civilemque prudentiam aptius ingenium † Vocati sunt 39.  
à Faustulo Romulus & Romus quoniam rumas h.e. Lupæ mammas  
emungere comperti sunt. † Ortā deinde inter Numitoris & Re- 40.  
gis Pastores ob pabulationis pecorum acri contentione, cui cum  
armis interfuisent adolescentes, iudex cognitionis à Rege Numi-  
tor constituitur, Remus capitur, relatā autem gemellorum men-  
tione percussit Numitoris animum Nepotum memoria, qui Fau-  
stulō rem totam aperiente, Romulōque; interea auxilia fratri magnā  
manu accurrente, à Numitore ambo cogniti sunt, qui in isto tu-  
multu clam à Numitore armati, eōque; per alias operam præbente  
irruentes in domum Regiam Amulium obtruncant, Albanorumque;  
Regnum Numitori avo restitunt.

Regnō jam receptō † Numitor cogitans adolescentibus Ne- 41.  
potibus Dominationem propriam ac urbem condere, integram eis,  
ut Dionys. Livius & Plutarchus referunt, in qua educati erant, dat  
regionem, & ex populo, quod suspectum erat, utpote res novas ite-  
rum, nisi submoverentur aliquando moliturum, & ex Trojano  
genere nobilissimos, & si qui sponte voluissent, commigrandi fe-  
cit potestatem.

Donanrurque; † ab eo adolescentes pecuniā, armisque; & frumen- 42.  
tis, & servis, & jumentis onerariis, & si quid aliud esset Urbis am-  
pliacioni conferens. † Ut verō Albā demigrarunt Adolescentes 43.  
comminiscentes etiam ut loquitur Dionys. quicquid erat homi-  
num in Pallantio vel circa Saturniam habitantium multitudinem  
omnem in duas partes dividunt. Romuli stabat sententia ut in  
Pallantio urbs conderetur; Remo videbatur Aventinum vel Re-  
moria aptior. Dum ita contendunt visum est, ut omnia avo ma-  
terno committerent. Is jubet Deos iudices faciant, & peractis sa-  
ceris faustas aves observent, & qui prius meliores aves habuisset, is  
esset Colonia Dominus. † Ex hoc augurio vel ancipiti, vel simula- 44.  
ro, æmulatio inter Fratres seminata est, quæ æmulatio cito conce-  
pit seditionem, & pugnam, seditio parricidium peperit, ut Romu-

B

lus



us per augurium, sive ex dolo, sive fato ita volente in Dominatu prælatus, commisso à Fratribus utriusq; asfeclis, qvi ex universa illa multitudine quisq; suo Duci astipulabantur ingenti ac acri prælio, miserrimam victoriã ex Fratris nece adipisceretur, qvã præ dolore & pænitentia gestorum se linquens in vitã desperationem se convertisset, nisi Acca Laurentiã olim Neutricis svasionibus erectus, animum repetisset.

45. Qvi † Sermo de morte Remi omnium verisimillimus vulgari, qvam de transcensione muri communi errore errat Pomponius in *l. ult. ff. de R. D.* & multi alii qvò facit Lucianus :

Fraternò primi, maduerunt sanguine muri

Fraternam simultatem! optimè hac de re Cyprianus: Romanos Geminos unum non cepit Regnum, qvos unum uteri cœpit hospitium in *lib. de Idol. vanitat.* Eadem fuit necis causa Caracallæ & Getæ: Titi & Domitiani: Germanici & Neronis: Augentur enim fraternæ discordiæ nullã re magis, qvã æmulationis accessione, qvã inter coheredes Imperiorum sempiterna qvasi qvãdam flamma alitur Kirchner *Vol. 1. Orat. 9. pag. 178.* † Aliud Anonimi cuiusdam dogma est, Remum ultrò cœsisse Fratri Regnum, atq; ad Germaniã populos fecesisse, qvicqvid & de Trojæ excidio & migratione gentes Iliacæ in Italiam ab Historicis communiter traditum est, à veritate aberrare, qvòd ex Herodoto comminiscitur, sed vanus ille est anonimus, qvi dum veritatem Historicam apud ipsum Herodotum & Homerum plusqvam audaciter ementitur, à suis nugis absorbetur, Homerus secundum Solinum CCCCLXIX. annis ante Herodorum vixit, secundum Vellejum decennio amplius, obiitq; Homerus qvòd ait Solinus annos CCLXXII. post Trojam eaptam. Ergo Herodotus post Trojæ excidium vixit annos DCCL. qvapropter magis Homeri hãc in re qvã Herodoti fides foret, sed utriq; extremã facit injuriã. Fuco suo optimè consulit dum vult esse anonimus, ut minus arcesat horum authorum vindices.

47. † Pallantiò post ex Latinis & Albanis, aliisq; ad paulò plures tribus hominum millibus, qvi pugna superfuerant, munitò, nullòq; impedimentò urbis ampliacioni præfente, indictisq; sacris pera-

peractis, partim moribus Albanorum, partim ex Evandri instituto, in loco illo diu receptis. Liv. *lib. 1.* conventisq; omnibus † Fratrem Remum à Celere quodam ita dicto in conflictu una cum Faustulo interfectum in Remoriâ Romulus sepelit, & in destinatum urbis locum † Quadrangularem conscribit figuram, junctisq; ad aratrum bobus, mare & foeminâ fulcum perpetuum duxit, qui esset murum excepturus, quod cum fecisset, immolatô bove utrôq; multisq; aliis victimis, institit operibus. † Murum tunc ligneum construxit Romulus, † Tarquinius verò Priscus primus murô ex lapide secto ad regulam compositô urbem cinxit, postqvam capitolum exstruxisset & Cloacas ædificasset Dionys. Halicarnas. Liv. *lib. 1.*

Hæc de civitatis initio quod Pomponius sine legibus civilibus, sine certo jure fuisse edisserit, puto esse veriora. † Ut ut legibus in isto initio caruerit populus, sine moribus tamen honestis vixisse absolum est, magnum quippe numerum Albanorum & Latinorum quorum mores procul dubio imitatus est Romulus, Regnum illud ampliaturô se ei conjunxisse, præter eum populum, qui ei à Numitore erat concessus, Livius testatur.

Moribus † vixerunt ergô & jure, licet non scripto. l. 32. ff. de II. Scriptum namq; eis defecit: quod demum adeptus populus cum Romulus primo statim ac sequente anno leges conderet, Religionem, & statum publicum concernentes, non principaliter privatum, quæ introductæ demum cum L. XII. Tabul. ferrentur; Interea circa commercia & disceptationes privatas neq; jus, neq; leges certæ erant constitutæ, sed omnia manu Regiâ administrabantur, præterquam quod leges curiatæ quas Romulus tulit circa negotia privata ut plurimum conceptæ fuerint. Et refert Dionys. Halicarnas. Servium Tullum leges quasdam de contractibus sancivisse *lib. 5.* Quibus tamen nihilominus rei Romanæ ante allatas XII. Tab. Leges non satis fuisse prospectum.

Num autem † hic sit iteratio quod ait Pomponius: sine lege certâ, sine certo jure, cum constet jus generale esse, & legem esse juris speciem. l. 6. § 7. ff. de J. & J. Virgil. *lib. 1. Æneid:*

Jura dabant, legesq; viris,

Inſimili loquitur juvenalis.

En! habitum quo te leges ac jura ferentem.

*Satyr. 2.* dicam in ſequentibus.

35. Non arbitrandum † Reges in illa tempeſtate manu violentâ, ut in *l. 3. ff. de offic. Praſid.* regnaſſe, ſed ut ex Juſtino *lib. 1.* cognoscitur, detuliſſe populum cauſas ad Regum arbitria, quæ ei inſtar legis fuerunt. Manus *potestatem* innuit, & *arbitrium*, non Tyrannidem. Illa poteſtas & arbitrium jure naturali erat inſtrumtum. Erant enim boni viri pleriq; Reges, & inter optimos Principes numerati ſunt. Quis enim Romulô extitit ardentior? Numâ religioſior? Tullô belli potentior? Ancô ædificando promptior? Tarquiniô Priſcô ſpectabilior? Serviô in cenſu prior? Quæcunqve igitur agebant, Regiâ manu atq; poteſtate gubernabant, jus naturale ac gentium ſecuti. Cæterum † manus interdum multitudinem & turbam ſignificat in *l. 9. in pr. ff. Quod meo. cauſ. l. 3. ff. de offic. Praſid.* Virgil. *lib. 6. Æneid.*

Hæc manus ob patriam pugnando vulnera paſſi.

Interdum artem, ut in *l. 13. §. 1. ff. de V. S. l. mercedem l. 39. §. qui adem ff. locat.* Scripturam, ut in *l. 15. ff. de probat. l. 1. C. de matat. & Epidem.* Capiendi inſtrumentum, non tantum noſtræ manus, ſed & Elephantis probolcidis, quam manum latini vocant. Plin. ſic ait: Mandunt ore, ſpirant, & bibunt odoranturq; haud improprie appellatâ manu *lib. 8. Natur. Hiſtor.* Idem. Tanta fertur Elephantis clementia ut in grege pecudum occurrentia minus valida manu dimoveat, nequid obterat imprudens. *Q. Curt. lib. 5.* Præcipue terribilis illa facies erat, cum manu arma, viroſq; corripent, quæ manus ſignificata, hic aliena ſunt.

57. Manu † Regiâ plerumq; negotia privata circa hominum contractus tempore Regum expedita ſunt h. e. arbitriô Regum ex lumine naturæ introductô, quod certos mores & conſuetudines præmonſtravit, ſecundum quas judicarent, quæ conſuetudines poſtquam invaluerunt circa ſingulas facti ſpecies certæ fuerunt, idcirco & jus fuit certum, illo tempore. Conſuetudo namq; eſt jus licet dicatur non ſcriptum, quod æquè eſt juris civilis ſpecies, legeq; ſeu Jure ſcripto interdum potentior, eamq; ſibi contrariam

stariam vincit. *l. 32. ff. de ll.* S. Richard *ad l. 2. n. 5. C. Quæ sit longæ  
consuetud.*

Quò ergo † illud Pomponii, *sine certo jure?* si mores seu 58.  
consuetudines intelligat facile deprehendere licet, cum Pompo-  
nio non esse faciendum. Populum namq; Romanum moribus  
& consuetudinibus usum fuisse, quis dubitat. *l. 1. S. 4. ff. de J. & J.*  
Universa illa multitudo Pallantium ante Romuli tempora inha-  
bitantium ab Evandro mores servavit *Liv. lib. 1. partimq;* quas-  
dam inveteratò usu tenuit. Ipsiq; Albani & Latini quive alii in  
novum locum urbis commigrarunt suis consuetudinibus asveti,  
ex quibus Romulus pro utilitate populi quasdam approbavit, &  
retinuit. † Quæ consuetudines jus introduxerunt, & quidem cer- 59.  
tum, postquam consuetudines receptæ sunt. *c. eumana. de Elect. l.*  
*32. ff. de legib.* † Consuetudo namq; dicitur jus commune ejus lo- 60.  
ci in quo est. *c. cum venissent. ff. De eo qui mitt. in possess.* Alexand.  
*in l. de quib. ff. de legib.* † & pro lege servanda. *Clem. fin. de atar.* 61.  
*& qual.* Si ergo Pomponius jus non scriptum h. e. consuetudi-  
nem, mores & æquitatem naturalem non hîc intelligit, sed jus  
scriptum, ejusq; potiorem speciem, legis iterationem & tautolo-  
giam committit, idemq; illa, sine certo jure, sine certa lege sonant.

Ex hoc tamen † malè inferret Pomponius. Populus in illo 62.  
initio lege nulla usus est, ergo neq; jure ullò. Moribus & arbi-  
trio Regum, ex lumine naturæ reliquiis imaginis divinæ irradia-  
to, gubernatus est, quantumvis hoc Jure & legibus Romuli sub-  
sequentibus, ejusq; succesorum, primorumq; Coss. temporibus  
latis, ante allatas XII. Tab. Leges Romanum Regimen non satis  
firmatum sit, remanserunt tamen honesti mores Romano popu-  
lo, quemadmodum omnes aliæ gentes certis ritibus & æquitate  
ab origine mundi regulariter innixæ fuerunt. *l. 1. S. 4. ff. de J. & J.*

Unde liquet † otiosum esse an jus sit quærere, quia ubi æ- 63.  
quitas versatur, consuetudines & mores certi & honesti vigent,  
ibi jus est, quod apud omnes gentes deprehendimus *l. 1. 2. 3. 4. 5. ff.*  
*de J. & J.* quod immutabile est, & divina providentia constitu-  
tum *S. 11. Institur. de J. n. g. & c.* cordibus nostris insculptum, & à  
DEO legislatore primo protoplastis nostris propositum, postea

- Tabulis non æneis, sed lapideis decem descriptum, & præscriptum, ad cuius normam omnes humanæ leges ac Jura sunt referenda, à quibus si planè discedant, non juris sed injuriæ, vis, atq; Tyrannidis nomen merentur. *c. erat autem lex dist. 4.* † nec ulla gens unquam tam effera & effrena extitit, quæ si in uno licet honestatis, ac rationis ductum non secuta sit, in totum tamen aloga, rationem omnem, imaginis divinæ particulis planè exutis instar belluarum, supergressa sit, quicquid de Thyrrenis, Æthiopicibus, Gindanis, Maslagetis, aliisque barbaris populis rumor nonnunquam sparsit quorum tamen populorum mores in totum non sunt cogniti. † Et positò hujusmodi populum dari ratione abutentem, non tamen quid hic vel alius facit, sed quod facere debet, spectandum est, *l. 12. ff. de offic. Præsid.*
66. Tamdiu † ergo jus fuit, quamdiu ratio naturalis inter homines fuit, cujus partialis abusus Juris essentiam non minuit, neque ejus existentiam tollit. † Unde nil obstat dari in jure tot antinomias, tot varietates, tot Imperatorum nonnullorum finistrum de Jurisprudencia judicium, quæ & hujusmodi alia
67. † Nec Triboniani incuria juri ipsi est imputanda. Neque jus est varium sed circumstantiæ variant jus. *l. 52. §. 2. & per tot ff. ad L. Aquil. l. 52. in pr. ff. pro soc. l. un. C. d. caduc. toll.* Sunt namque negotia hominum in vita civili tam varia, ut singula jus & rationem desiderent, jus nil minus est tam amplum, & late patens ut facti speciebus singulis dextre accommodari queat, præsertim jus nostrum civile, quod aliarum gentium & nationum statuta & mores quoad ubertatem & legalitatis indolem longè exsuperat, quod licet Tyrannis nonnullis invisum sæpe fuerit, † ut sonat, illud *Eccum Caligulæ jaectantis se effecturum ne quid Jurisconsulti respondere de jure possint, præter eum, h. e. quæ illi collibuisent.* Sveton. *in Caligul.* nondum tamen adhuc fuit sublatum, sed durabit, quod ominor in Romano-Germanico Imperio cum seculo.
68. †
69. †

*Ad §. 2.*

## De Regimine Romuli & Legibus

curiatis, &c.

Romu-

Romulus † occisò Fratrem per augurium & suffragia regimen 70.  
 obtinens, primò ac sequenti anno, qui fuit tunc annus mundi  
 1398. vel 1399. de cultu religionis & Politia statu leges sancit:  
 apparitores assumit: asyla aperit: & Senatum ex centum Patri-  
 bus legit Liv. *lib. 1.* Tradit † Dn. Lindemannus Romulum & Re- 71.  
 mum legum subsidium in initio administrationis advocasse.  
*Histor. Jar. Roman. lib. 22.* sed hoc historia tacet. Remus ante  
 ceptum regnum occubuit. Post † negotiis privatis, Plutarchò, & 72.  
 Pliniò nepote teste, leges adhibet Romulus quarum sunt fra-  
 gmenta: Ne mulier divortium pateretur, neve à Marito propel-  
 leretur, nisi veneficii in filios, adulterationis, aut uegligentia cla-  
 vium, stuprive convinceretur: Mulierem nuptam pecuniarum o-  
 mnium sacrorumq; viro esse sociam. Patri per omne tempus  
 filii vitæ, sive verberibus eum coercere, sive vinctum rustico operi  
 detinere: sive & alienare: vendere: aut occidere jus & fas esse,  
 quam legem Romuli Decemviros retinuisse & in IV. Tabulam re-  
 posuisse Plutarchus refert. Plures ejus leges non addo quæ alibi  
 videntur.

Idem ait † Romulum togâ purpureâ amictum, ac insuper 73.  
 purpurâ ornatum, in folio Regali conspicuum jura reddidisse &  
 judicia exercuisse d. Plutarch. *in Romul.* † Quod ut eo legalius & 74.  
 commodius expediret, centum creavit anno regni secundo Sena-  
 tores ex generosisimis familiis, quos Patres appellavit, & in jure  
 dicendo adhibuit consultores. Constat apud Livium *lib. 1.* exti-  
 tisse sempore Tulli Hostilii legem ob perduellionem latam, quâ  
 Horatius, quod Sororem germanam Curiatii, à se in duello publi-  
 cò occisi, Sponsam indignabundus transfixisset, damnatus, vo-  
 lente populo & Senatu approbante à Rege impunis dimissus fue-  
 rit. Facile conjicere est non paucas à Romulo conditas esse le-  
 ges, idemq; fecisse sequentes Reges secundum quas subirent ju-  
 dicia, si qua verò pro casu dato lex deficeret, arbitria Regum, Se-  
 natus adhibito suffragiò, pro legibus latis habita fuisse tradit Ju-  
 stin. *lib. 1.* Quod autem secundum certas leges actiones, & formu-  
 las continuo processerint ante allatas XII. Tab. leges, opinari li-  
 cet minimè.

Hoc

Hoc ait Pomponius Tulere & sequentes Reges leges, quarum  
 74. paucissimæ adhuc extant † Ex glosa videre licet in nonnullis exē-  
 plaribus defuisse dictionem Reges, proinde quidam hic legunt,  
*sequentes leges*, quod perinde, vocolā Reges inclusā, ut mens sit, *culo-  
 re & sequentes*. h. e. Reges, Leges. Servius Tullus Rex leges quasdam  
 contractuum addidit, quas & Romuli aliorumq; Regum quoad  
 haberi possunt collegit Dionys. lib. 2. 3. & 4. & post hunc Valent.  
 Forster, quorum scripta non compilo. Quæ leges uti Senatus au-  
 thoritate latae, ita, & executæ sunt, ad quam rem apprimè facit,  
 quod in jure nostro frequenter legimus D. Marcum aliosq; Imp-  
 orationes ad Senatum habuisse, ut ei quod rogarent, more ma-  
 jorum autoritas accederet l. 2. ff. de transact. l. Divus de servo su-  
 gitiv. l. pen. ad SC. Terullian. & simill.

Leges Regias quotquot harum erant, ait, Pomponius à Sexto  
 Papyrio Tarquinii superbi ævo florente, in unum esse congestas.  
 75. Zafius † hunc prætextatum vocat, sed falsò. Hic erat qui facerò  
 mendaciò matrem morosè percunctantem, quid in Curiā agere-  
 tur, fallens, hoc cognomen adeptus est. Dionys. Halicarnasæus  
 eum ex principalibus viris fuisse commemorat, primumq; Regiū  
 76. sacrificulum & Manium fuisse appellatum, commonstratq; † non  
 Sextum, ut Pomponius errat, sed C. Papyrium hunc fuisse, neq;  
 regnantibus Regibus, sed post Reges ejectos leges hæc & sacrorum  
 descriptiones, in usum tradidisse publicum, qui duplex est error  
 Pomponii, & temporis, & in Persona Papyrii. Sext. Papyrius sub  
 initio Imperii Augusti vixit, quod Scaliger docet lib. 1. Plura de Pa-  
 pyriorum illustri familia memorat Liv. lib. 8. & 9. & Plin. lib. 7. c.  
 75. & lib. 15. c. 24. De Sexto autem Papyrio præter hunc locum nu-  
 spiam exstat. Cn. Papyrii etiam meminit Florus in summa ad lib.  
 89. Livii.

77. Rex † Sacrificulus, seu Rex sacrorum Pontifici maximo sub-  
 jectus, exactis demum Regibus ceptus, sacra à solis Regibus fieri  
 consveta obiit. Fertur à Junio Bruto primo Consule primū creatus.  
 78. Hisee LL. à Romulo latis addidit ne una † leges curiatis? explo-  
 rata certitudinis est Romulum statim cum Rex more aliarum gen-  
 tium & populorum, qui non nisi Regibus gubernabantur, Civita-  
 ti præ-

xi præerat, primò quod modo dixi annò jura & leges sancivisse, quò Religionem & statum Regium & publicum concernerent, nonnullis circa negotia privata additis: Annò sequente Senatam ex Patribus legisse, quorum autoritate adhibitâ judicia exerceret, & asyla aperuisse. De eo tamen dubitare subit, *num statim primò an secundò, aut tertio annò totum populum in Curias divisisset, legesq; curias ad populum tulerit?* Sunt qui vel ante vel post receptionem Sabinorum harum legum ponunt originem. † Livius ait: 79. *Ubi Sabini recepti in urbem Romulus in XXX. Curias populum divisit.* † Plutarchus ita: *Duplicatâ civitate centum sive ex Sabinis creantur* 80. *Senatores, duplicatur etiam legionum numerus, ut quælibet peditum sit sex millia, & equitum lex centum. Centuriæ quoque tres conscriptæ sunt, & appellatæ prima à Romulo, Ramnensis, altera Tatiensis à Tatio, & à Lucio Laceru, ubi constitutum erat asyli templum &c.*

Dionys. verò à Livio & Plutarcho dissentit, dicitq; *Romulum omnes prædictas divisiones ante receptionem Sabinorum fecisse, cum quo facit Coras. Comment. ad tit. de orig. Jur. S. postea aucta. verbo. in triginta partes.* p. 29. Præsumptio † tamen est pro Livio & Plutarcho. 81. *Urbs enim receptis Sabinis populosior facta, quò intendit Pomponius, commodius in curias & decurias dividi potuit. Quamvis & contra nec verisimile ferè sit Romulum adusq; receptionem Sabinorum hisce legibus indiguisset; Incidit namq; receptio hæc circa annum ab U. C. XXIV. tunc ne prius hæc leges natæ?*

† Corasius *d. loc.* in fin. tradit, pro seq; adducit Dionys. ante 82. *raptum Sabinarum leges hæc latas esse, raptumq; quartò post conditam urbem annò esse infecutum, in cujus tamen sententiam non simpliciter dilcedo. Exquisite quidem Dionysius † Curias, 83. Tribus, & Senatam explicat. Condita urbe Romulus Rex & ab hominibus & Diis creatus, multitudinem trifariam divisit, singulis partibus singulos præfecit Duces clarissimos, deinde trium rursus earum partium, unamquamq; dividens in denas partes æquales, harum quoque Duces designavit fortissimos viros, vocavit autem partes majores Tribus, & minores Curias. Essent autem ea nomina*

lingvâ Gracâ interpretata *Φυλή* quidem & *τριήτις* Tribus: *ἑκατέτριά*

C

VERO



vero & λόχο Curia. Homines vero qui Ducatus habebant Φιλάρχαι quidem & τριφυλάρχαι Tribuni dicebantur. Qui vero Φεραρχαίαι praesiderent, Φεραρχαίαι & λοχάχοι seu Curiones dicti. Erant autem etiam in Decurias divisa curia, Ducesque singuli suum quisque decurionem tuebantur, appellati & illi lingua Incolarum Decuriones. Haec fuit prima Divisio.

Altera & tertia item hominum ipsorum fuit commoda & honores pro cuiusque dignitate patiens, illustres genere, & spectatae virtutis viros, tum pecuniis, tum familiae splendore divites ab ignobilibus humilibus & egenis discrevit, hosque vocavit homines plebejos; Illos vero Patres, ex quibus qui nati erant Patritii dicebantur, quique Patribus cooptarentur, Patres conscripti appellati sunt. Ubi vero haec constituit, consiliarios statim instituere, quibus cum seria perageret, cogitavit, centum viros ex Patritiis eligens, fecitque delectum eorum hoc fere modo. Ipse unum ex omnibus optimum designavit, cui committi oportere putavit urbana negotia, cum ipse exercitum extra fines duceret. Hic tempore Regum & primorum Consulium 84. Praefectus urbi dictus † vocatusque primus à Romulo institutus Dentur Romulius, quod refert Tacit. lib. 5.

Tribuum autem unicuique edixit, ut trinos viros deligerent, qui & prudentissimam aetate essent, & generis nobilitate excellerent. Post hos autem novem viros etiam singulis curiis imperavit, trinos ipsos maxime idoneos ex patritiis deligere. Postea novem illis à tribubus electis addens XC. quos curiae suffragiis praetulerant, eoque quem ipse elegerat Duce addidit, certum Consiliariorum numerum explevit. Consilium hoc à Graecis γερουσία à Romanis Senatus dictum.

Dionysius ergo statuit populum primum in Curias & Tribus esse divisum, & ex hisce Senatuum electum esse † Aliter tamen Plutarchus. Coadita, inquit, civitate primum Romulus eos quibus inerat aetatis vigor, in militares legiones distribuit, quarum quaelibet tria millia & equitum tercentum numero continebat, caeteram vero multitudinem populum nominavit. Centum deinde creat Senatores, quos Patres appellavit, & ordinem, Senatuum, populi que divisionem, Curias & Decurias. Expresse tradit Livius post receptionem Sabino-

Sabinorum Curias & Centurias factas esse Liv. *lib. 1. A. U. XXIV.*

Huic & Plutarcho ut assentiam, probabilius adducor † Sena- 86.  
 tum quidem primò & secundò Romuli annò esse institutum, &  
 postea post receptionem Sabinorù populum in Tribus & curias di-  
 visum, adauctà scil. civitate, Sabinis ad munera & honores unà  
 admisis, quod alioquin Romanis succensusissent. † Diserte quidem 87.  
 refert Liv. *d. loc.* ad nomina raptarum Sabinarum Romulum Cu-  
 riis nomen imposuisse, ut & nobilium Tribubus nomina dedisse,  
 quod intelligendum postquam Sabini recepti fuerunt, Tribus etiam  
 & Curia quàm diu tempore Cofs. leges ferri consueverunt, durà-  
 runt. Tum & constat ex Plutarcho: Romulum ancipiti Sabino-  
 rum bellò, amore & prudentià mulierum raptarum restinctò, in ea-  
 rum honorem lege Curiatà ad populum detulisse, ut in deambula-  
 tionibus prior eis à viro locus concederetur. Sed fateor quidem  
 multum latitare dubitationis quò tempore populus in Curias di-  
 visus sit, sive ante sive post receptos Sabinos. † In tanta tamen rei 88.  
 hujus incertitudine hoc imprimis extra dubitationis aleam posi-  
 tum est, in tres Tribus ter denasq; seu XXX Curias, quæ postea ad-  
 huc Quinq; additæ, secundum omnes communiter Scriptores civi-  
 tatem à Romulo divisam esse, ut per harum sententias Reipublicæ  
 curam expediret, Imperium à se non deponendo, sed sibi potius re-  
 tinendo, Monarchià † tunc temporis minimè purà, aut in domina- 89.  
 tu Halicarnasf. *lib. 2. conf. quæ dixi ad §. 12. n. 2.* nisi apud  
 Tyrannos quosdam, quorum tamen Imperium minus fuit diutur-  
 num, sed Aristocraticò temperamento mixtò, existente, licet Romu-  
 lus præter memoratos Equites & pedites, quibus exercitus ejus  
 constaret XII. insuper licitoribus, & CCC. Juvenibus, quos *Celeres*  
 nominavit, pro Majestate suà demonstrandà stipatus esset. Liv. *lib.*  
*1. de bell. civil. Ascon. Pædian. 2. in Verr. act.*

Proinde salvà aliorum opinione † Leges Curiatas post rece- 90.  
 ptionem Sabinorum latas esse asserendū intrepide existimo Liviiq;  
 & Plutarchi traditionem Dionysii asserendo esse anteferendam, ut-  
 pote meliori ratione & veritatis similitudine subnixam, vid. quæ  
 dixi ad §. 3.

† Corasius Dionysii partes secutus *d. loc.* pro receptione legis 91.

C 2

raptum,

*Raptum* Sabinarum, quæ sunt diversa, raptus statim anno Urbis IV. contigit, sed receptio Sabinorum anno XXIV. Neq; Dionys. de raptu, sed de receptione loquitur, qui etiam est status Controversiæ, quem statum Corasius quodammodo invertit, & tamen Dionysii opinioni adhæret, qui hoc non sentit. † Antequam ergo leges Curiatæ ferrentur ab U. C. effluerunt XXIV. anni, & ad Decem Viro- rum Creationem CCCIII anni, per quæ tempora populus potissimum manu & arbitrio Regum, quibus exactis, primorum Consulatum imperio per LIX. annos gubernatus est, quò tempore præter leges *Valerias, Sacras, Iulias, L. Agrariam, L. Perduktionis, L. de Aventino: L. Tarpejam*, nullæ vel paucæ aliæ fuerunt, donec decemviri tollerentur, resq; ad Consules rediret, aliæq; pleræq; Juris species enatæ sunt, usq; dum uni Imperium committeretur, & Monarchia Romanorum inciperet.

93. † Notabiliter etiam colligitur, quod ex tota hac varietate non aliter intelligo, Romuli divisionem trium Tribuum fuisse. *Primam* Equitum scil. Rammensium, Tatiensium & Lucerum, in Curias & Decurias, subdivisam. *Alteram* Spectabiliorum & Patrum etiam in Curias & Decurias divisam ex quibus Collegium Centum Patrum h. e. Senatam conscripsit, *Tertiam* hominum viliorum & plebejorum ad modum aliarum divisam. Succedente tempore non tantum *Tributum & Curiatim*, sed etiam *centuriatim* populus divisus est, factæ enim tandem Centuriæ XCIIX. in VI. Classes divisæ, per quas ex *censu*, & *atate* non *viritim*, sed *centuriatim* suffragia emittebantur. Prima erat hominum maximi census, ut Patrum, quibus & jungebantur Equites, sequentes classes usq; ad ultimam Sextam, uti homines censu differabant, ita classes distinguebantur.

94. Porro † Tarquinium Superbum, Demarathi Corinthii filium appellat pomponius. *Falsum*. Non *filius* fuit, sed ejus *nepos* si Livium sequamur, vel *Pronepos*, si Halicarnasæum. Livius obtinet. Fuit enim Demarathi Filius priscus Tarquinus, hic priscus filium habuit Tarquinium Superbum. priscus ideo quia antiquus. *Demarathus* Corinthiacus ex primoribus, & potentissimis Corinthiorum unus, pater prisci Tarquinii ex Bachiadam familia antiquissima,

quæ

quæ ad ducentos annos dominatum Corinthi tenuit, profatus, in-  
genti auri quantitate ex navibus onerariis locupletatus, seditione  
ob Cypseli Corinthiorum Tyranni crudelitatem subortâ, Tarqui-  
nium Urbem in Hetruriam secedens, ibidem ex illustri Uxore He-  
trusca præter Aruntem Filium brevi extinctum *Lucumonem suscepit*,  
qui seipsum *Lucium*, & ab urbe in quâ educatus erat *Tarquinium*  
appellans, Romæ, quò se ex consilio *Tanaquilidis* Uxoris, summò  
locò apud Hetruscos natæ, contulerat, primò civis, postea V. Ro-  
manorum Rex factus, *L. Tarquinius Priscus* dictus est, uti ex Dio-  
nyf. Halicarnasæo aliisq; colligitur.

Tarquinius autem hunc, quod Mercaturam pater ejus exer- 95.  
cuisset Romanis viliorē fecit. Valer. Maxim. *lib. 7. cap. 4.* quod  
dedecus & Vespasianus sibi contraxit ex causâ pudenda quæstum  
usurpans. Sveton. *cap. 10.*

*Ad §. 3.*

**De reliquorum Regum Romanorum Regi-  
mine & num eis exactis, LL. Regiæ exoleverint.**

† PRIMAM Romanæ Monarchiæ ætatem constituerunt septem 96.  
Reges Romani, quæ duravit secundum Solinū CCXLI. annis.  
Sext. Rufum CCXLIII. quæ annum unum Interregni non connume-  
ravit Dionys. & Livium CCXLIV. † Regium Imperiū apud omnes 97.  
gentes extitit primum, quæsi ab ipsa natura productum, cum intelli-  
gerent unam oportere esse non tantum causam primam & moven-  
tem, à quæ cætera omnia dependerent, sed & naturatam esse in ani-  
malium speciebus providentiam, quæ suò modò quædam parere, quæ-  
dam regere viderentur. † Compertum, serpentes suū Regem, volati- 98.  
lia aquilam, quadrupedia Leonem venerari, ad cujus gradū cætera  
animalia omnia contremiscunt & quiescunt. Rein. Corset. *de privat.*  
*re convent. c. 7. §. 22.* † Apes sine Duce suo copias non emittere: De 99.  
hisce ait Cælius: In Apicularum Rege naturale quid reperitur ad  
gubernandum accommodatum: major paulo & longior est, quam  
reliquæ apes, cruribus rectoribus utitur, spiculò caret, quamdiu  
vivit, colitur & observatur, aliorum labores circumit exhortanti si-  
milis *antiq. lect. lib. 13. cap. 29.* † Humanam potissimum etiam 100.  
esse

esse indolem, modò ad regendum aptam natam, modò ad paren-  
dum. Inordinata itaq; & confusa hominum multitudo selegit  
tandem, quem sibi maximæ indolis aptitudine conspicuum Du-  
cem præficeret, à quo regerentur, cuiq; parerent.

101. † Naturalem igitur, non simpliciter civilem statuendam esse  
imperandi & regendi primam originem dicendū, factam tandē esse  
civilem, ex naturali natam & continuatam, donec per Tyrannidē  
& ambitionē invitis populis imperari cœptū est, vi & ll. civilibus.  
Transigo lubens circa hæc cū Petr. Gregor. Tholosan. *lib. 19. cap. 1.*  
*n. 7. in fin.* & per tot. ubi pulchrè deducit, quomodo Adami & po-  
steriorum ejus temporibus in divisīs, & indivisīs familiis fuerint
102. Duces, Reges & Principes familiarum Conf. *lib. 20. cap. 1.* † Re-  
gem dixere à regendo, quod ipse regeret, & à quo regerentur,  
quod ipsum Justinus *lib. 1.* ita exprimit: Initio rerum, gentium,  
nationumq; Imperium penes Reges erat, quos ad fastigium hujus  
Majestatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos mode-  
ratio provehebat. Populus nullis legibus tenebatur, arbitria
103. Principum pro legibus erant *in princip.* † Et verisimile est, uni-  
versam illam multitudinem ante ceptam à Romulo Urbis ampli-  
tationem, in Palatino, vel circa Saturniam habitantium, vel à  
Numitore & Albanis & Latinis ad illam coloniam novam com-  
migrari concessorum, vel suâ sponte aliunde sese eò recipientium,  
qui pugnae superfuerant, Romulum ob eminentem præ aliis om-  
nibus virtutum cumulum, quo se domi forisq; magnum &  
præclarum præberet, more majorum Regem & Dominum salutas-  
se, Regiamq; ut cæteris Rerum publicarum formis perfectiorem,  
occisō jam Remō, nullōq; amplius ampliationi urbis obstaculō  
præfente, prælatis auspiciis, cum Romulo Rege initiasse formam.  
Qui sic legitime per augurium, & populi suffragia electus ex juris  
naturalis lumine populum gubernavit, quem & cæteri bonorum  
Principum exemplō infecuti sunt.

Sed *Regibus* his exactis post Tarquinium scil. superbum in-  
quit Pomponius *omnes LL. Regias Lege Tribunitia exolevisse*, popu-  
lumq; Romanum per *viginti annos* absq; legibus vixisse. Hic  
104. subsistendum cum Pomponio. Disquirendum i. † *Quinam fue-*  
runt

vint illi Reges? Romulum vidimus primum fuisse. Regnavit per XXXVII. annos, adjuncto sibi per quinquenniū T. Tatius Rege Sabino postea in tumultu Lavinienſi occiſo. Romulo ſive à ſuperis vivo ſubreptō ( credere ſi fas eſt ) ſive à Patribus clam occiſo Liv. lib. 1. ſucceſſit Numa Pompilius quadragenarius, ex Gente Sabina per XLIII. annos Rex. Interregno à morte Romuli excluſo, Centum Patres Romuleanis addidit: Religionem auxit: nummos primus cudi fecit, boum, oviumve effigie impreſa. Dieſent. Scalig. in Conject. & in Euseb. p. 72. lib. 1. † Annum ad lunæ curſum XII. Menſibus diſtribuit. Conſtat Romuli tempore annum decem duntaxat meſes habuiſſe Ovid. lib. 3. Faſt:

Nec totidem veteres quot nunc habuere calendæ,

Ille minor geminis menſibus annus erat.

Annus erat decimum cum luna receperat orbem,

Hic numerus magno tunc in honore fuit.

Cum verò is decem Menſium numerus neq; ſolis curſui, neq; Lunæ rationibus conveniret, Numa Pompilius duos addidit Menſes Januarium & Februarium, illum 29. hunc 28. dierum efficiens, integrum annum 354. dierum conſtituens. Quia autem hoc anni tempus cum curſu ſolis qui 365. diebus & quadrante h. e. ſex. horis perficitur, non conveniret, hos undecim dies reliquos cum quadrante intercalari oportuit, unde à Græcis quos Numa ſecutus, anni facti alterni XIII alterni XII menſium, menſiſq; introductus, qui alternis annis nunc 22. nunc 23. dierum eſſet, quem intercalarem menſem tamen ponit Herodot. in tertio quoquo anno 105. lib. 2. Euterp. Tandem † Julius Cæſar cum eſſet Pontifex maximus, intercalariò hoc menſe ſublatò, anno Numæ adjecit decem dies, ut annum civilem ad ſolis curſum formaret, inſtituens peractâ quadrienii metâ diem unum ex quatuor quadrantibus collectum intercalari, qui efficit ut quartò quoquo anno Februarius adhuc unum habeat diem. Hic annus quartus biſextilis, præcedentes tres communes anni vocantur, cujus Cælius meminit. in l. cum Biſextum 98. ff. de V. S. quod pluribus non inſeqvō.

Singulare eſt quod Philo ait † Numam Legem tuliſſe ut Dii ſine ſimulacris colerentur, quam inter alias ſuas leges ex Decem Præceptis Moyſis hauſerat. † Mortuus & ſepultus à DEO Moyſes anno mun-

- no mundi M. M. CCCCXCIII. Joseph. *lib. 4. cap. 3.* Numa vero  
 107. MMM. CCXXXVI. Rex declaratus. † Totis ergo his 744. vel 779.  
 annis post Moysis obitum ad regnum Numæ, aliasq; orbis gentes ex  
 DEI beneficio Decalogus pervenit, quemadmodum tempore Chri-  
 sti Evangelium per omnem orbem terrarum percrebuit, ut nullus  
 sit angulus, ad quem sonus Evangelii non intonuerit, etiam ad  
 gentes Americanas, hodie nobis maximam partem incognitas, cre-  
 dendum est, quod forsitan in scriptis Apostolorum deperditis ad-  
 notatum extitit, vel in dubio miraculosæ DEI providentiæ & ju-  
 108. dicio committendum. † Hanc legem Numæ Philo *in libr. de*  
*decal.* tam Religiosè Romæ servatam fuisse, ait, ut *per centum &*  
*sexaginta annos nullum Roma simulacrum corporeum extiterit.*  
 109. † Limitavit & Romuli legem, ut Patri non liceret amplius  
 filium vendere postquam matrimonium contraxisset, indignum  
 putans nuptam amisâ virginitate sine facto suo servo cohabita-  
 re, cui libero erat copulata. Plutarch. *in Romul.*  
 110. † Tullus Hostilius per. XXXII. annos Rex, Romulô ipsô fe-  
 rior, devictis Albanis montem Cœlium Romæ inhabitandum  
 concessit. Numerum Senatorum ex principibus supplevit:  
 Duum viros perduellionis creavit.  
*Ancus Marcius* Numæ ex Filia Nepos per XXIV. annos exti-  
 tit, in multis Romuli & Numæ imitator Urbi Aventinum adjecit.  
 Plura in præsentiarum non addo.  
 111. † L. Tarquinium Priscum Demarathi Filius XXXIIX. annis  
 Rex muros urbis lapide sectô ad regulam construxit: Senatam  
 centum adhuc Patribus auxit: Equitum numerum duplicavit:  
 Hi sunt *tercentum* illi Patres, quibus Senatus constabat, *centum à*  
*Romulo, totidem à* Numa & *Tarquinio Prisco* creatis.  
 112. † Qui à Tarquinio Prisco creabantur, dicti sunt postea *Pa-*  
 113. *tres minorum gentium* Liv. *lib. 1.* † Non autem assentior Corasio  
 Romulum post receptos Sabinos *prioribus centum, à se creatis Pa-*  
*tribus alios adhuc centum addidisse*, numerumq; ducentorum sic  
 explevisse, quod ex Livio & Halicarnasæo non deprehendo, excre-  
 sceret numerus Senatorum illô seculô ad CCCC. quod est con-  
 tra communem Historiam, & probabilius reor Romulum post re-  
 ceptos

ceptos Sabinos civitatem in Tribus & Curias divisisse, primo autem statim, vel secundo anno Senatū ex centum Patribus semel creasse, vel quod tot sufficerent, vel plures non essent, qui tunc eligerentur, nullis aliis adhuc centum à se unquam superadditis. Legimus namq; J. Brutum Cōs. primum numerum trecentorum (non Quadringentorum) explevisse ex equestribus, magnā Senatorum parte cōdibus Tarquinii Superbi extinctā.

† *Servius Tullius* Prisci gener per XLIV. annos Rex, primus Censum instituit Liv. lib. 1. secundū quatuor colles urbem divisit, partesq; eas appellavit, *Palatinam*, *Suburrānam*, *Collinam*: & *Æsqviliānam*, quos duos adhuc adjecit colles *Quirinalē* & *Viminalē* Macrobian. Saturnal. Plin. lib. 10. c. 1.

† *Ultimus L. Tarquinius superbus* Prisci filius per XXV. annos regnavit. In hoc ultimo ob filii S. Tarquinii stuprum *Lucretiæ Collatini uxori* illatum, nomen Regum Romæ ignominiosè desit & ejuratum est. Tulit ut *Livius* loquitur, Romana Regia sceleris tragici exemplum, ut tædio Regum maturior veniret libertas, ultimumq; regnum esset, quod scelere partum foret. Hæc Romani Imperii prima fatalis ætas, CCXLIV. annorum de lapsu adimpleta est. Ita † nihil stabile est, quod sub sole condito mansionem sperat, quod multis effert *Senec. Epistol. 19. & Epist. 91.* ubi ait in eum intravimus mundū, in quo his vivitur legibus, contrariis rerū æternitas constat. quod canit Poeta. - - in se magna ruunt

summisq; negatum  
Stare diu.

Optimè loquitur *Joan Douza* - - cede tempori  
Deoq; : rebus omnibus  
Vicissitudo debita : Hæc mori vides,  
Repente at illa oritur.

Dū staret ætas hæc in prima Romani Imperii Infantia proximè adjacentes circummurani duntaxat hostes subacti. *Canicenses* : *Crusomini* : *Antemates* : *Sabini*, à quibus in ludis consualibus sexcentas & octaginta tres filias Romulus cū civibus rapuerat *Vejentes* & *Camerini* : *Fidenates* : *Albani* : *Latini* : *Vosci* : *Hetrusci* : *Rutuli*, quorū tractus

D

tractus



tractus ultra 18. miliaria à Romæ portis non fuit determinatus;  
 118. Sext. Ruff. Subsequentibus vero annis † *adolescenciã, & robustam ætatem*, & deniq; *decrepitam senectutem* Imperium adeptum est. *Adolescenciã* habuit à J. Bruto, Collatino Cos: usq; ad Appium Claudium & Q. Fulvium Cos: per CC. annos, quod fuit tempus armis, virisq; incitatisimum. *Virilem ætatem* nactum est, inde ab Augusto tempora, in qua CCL. annis totum orbem pacavit. Ab Augusto CC. annis elapsis *consenuisse & decoxisse* visum est, nisi quod sub Trajano qui circa Annum Christi 98. Imperio præfectus in media senectute moveret lacertos, & præter spem omnium quasi redditâ Juventute, revivisceret. Flor. lib. 1. ver. *Roman. Summatim* sub consulibus & Imperatoribus *Italia omnia* trans Padum, *Africa minor*, in qua Carthago sita fuit ter victa, cum *Hispania* subjugata est. Galli præter spem urbem occupant, præter spem amittunt, tandem *Gallia* cum *Britannia* tributariæ factæ, Imperioq; tandem penitus Gallia novennali bellô paruit, mox tributaria facta, ad Otonis aliquando usq; tempora, qui ob tributum non solum Lothario atq; Carolo Galliarum Regibus bellum intulit, quod refert Cranzius in *metrop. Saxon. lib. 3. c. 35.* Fuisse Galliam vicefimam ferè Romani Imperii partem ipse testatur Bodinus *lib. 5. de Republ. c. 5. p. 898.*

*Graci & Mæedones* subacti, & in provincias redactæ regiones. Utraq; *Asia*, omneq; *Ponti* Regnum devictô Antiochô & Mithridate Siriarum Rege Aquilæ victrici colla submisit. Utraq; *Armenia & Mesopotamia* cum *Persis & Parthis* armis domita. *Seythæ: Assyrii, Ægyptii, Caspi & Amazones* devictæ: Cæteri in extremo oriente ut nihil restaret indomitum legatis suis obsequia Imperio spontanea professi sunt. Ad *Danubium & Rhenum* perventum est, *Norici, Pannoni, Svevi, Marcomanni, Daci, Mesi, Alemanni, Germani, Antici, Alanici* populi, *Gotbi* & finitimæ nationes subactæ, & Europa in finibus suis penitus contremuit, & armis fatigata, quod Imperium  
 119. sub Aquila adhuc durat, † licet quod Cranzius conqueritur, valde sit deplumata, ut pristinam Imperii faciem vix intueri jam liceat  
 120. † perennem tamen illius, & quo ad *statum & nomen* quartæ Monarchiæ indubitatum, cum ævo duraturam felicitatem divina  
 ominan-

ominantur oracula. Daniel 2. & 7. fac. c. futuram 12. q. 1. Osiand.  
ad d. c. 2. Quod & ipsis Romanis olim persuasum fuit, juxta illud  
Junonis apud Virgil. lib. 1. *Aeneid.*

**His ego nec metas rerum, nec tempora pono,  
Imperium sine fine dedi.**

Ad rem. † Exoleverunt ergone Regibus exactis leges simul Re- 121.  
gia? Corasius ad §. exactis. l. b. tit. cum Livio, apud quem ta-  
men hoc non lego, ad stipulatur Pomponio. Admissis partim  
Legibus statum Regium principaliter concernentibus, in cœteris  
ad populi & Reipublicæ utilitatem spectantibus, quarum  
quasdam in §. anteced. in pr. recensui, minimè à Pomponio &  
Corasio ita persuadeamur. † Testatur Sigonius lib. 1. de anti- 122.  
quit. Jur. civil. Rom. cap. 5. & Dionys. Halicarnas. & Plutar-  
chus Legem Romuli de patriâ potestate Decemviros in IV. Tab.  
L. XII. Tabul. retulisse, quæ lex abrogata dicenda? Hodie dici-  
tur moribus esse recepta. l. patre. ff. de his qui sui vel alien. Jur. fac.  
§. 1. De concept. ff. l. 2. ff. de mort. Infer. † Legem insuper quam 123.  
Numa Pompilius de templo Jani claudendo vel aperiendo tulit,  
etiam circa Imperatoris Augusti tempora viguisse, Historiæ tra-  
dunt. † J. Brutum & Collatinum primos Cos. leges Servii 124.  
Tulli in usum revocasse refert Dionys. Halicarnas. lib. 5.

† Erat etiam Lex Romuli ut uxor marito existeret heres, 125.  
sicuti Patri filia, liberis quidem non relictis, ex asse; relictis au-  
tem liberis in æqualem cum eis portionem, quam refert Dionys.  
Halicarnas. lib. 2. quæ lex teste Casiodoro ad Theodorici usq;  
tempora perduravit lib. 5. var. Epistol. 24. & postea restricta est  
per L. Voconiam, à Q. Voconio Saxa Tribun. Plebis, Cœpione  
& Philippo Cos. A. U. DCXXIV. lata. Et tradit Dio lib. 56.  
Gell. lib. 7. cap. 13. & lib. 17. lib. 41. Quid hodie circa hanc suc-  
cessionem Juris sit, videre licet ex tit. ff. & C. Unde Vir. & Uxor.

Error † alius Pomponii est. LL. Regias L. Tribunitia esse abro- 126.  
gatas. Quâ Tribunitia? Tribuni plebis tunc non extiterunt, sed an-  
no demum XVII post Regifugium A. V. CCLXI. creati sunt C.  
Licinius & L. Albinus, quibus adhuc tres additi Liv. lib. 2. His  
quinque; additi A. V. CCXCVII. alii adhuc quinque; qui numerus

decennarius perpetuo mansit. Et quamvis J. Brutus primus Consul non Tribunus plebis, sed *Celerum* antea fuerit, non tamen ut Tribunus, sed Consul leges hasce post Reges exactos abrogavit Liv. lib. 2. Dionys. Halicarnas. lib. 4. Regum ejiciendorum auctor extitit ante Consulatum, dum Tarquinius urbe exclusus erat. Verum legem de Regiis legibus abrogandis factus Consul tulit, ut rectius intelligendus hic locus apud Pomponium ex Livio lib. 1. & 2. Decad. lib. 1.

127. † *Errore* implicatur Pomponius in tempore vicennali quò Romanos illeges vixisse scribit. Fuerunt illeges quibus multæ II. ex Regum exactorum legibus supererant? Qui & II. primorū & subsequentium Cofs. ante legum XII. Tabul. allationem vixerunt? Leges sanè extiterunt & latæ sunt, quamvis pauca iisq; antequam LL. XII. Tabul. ferrentur, rei Romanæ plenè non fuerit prospectum §. 2. n. 1. in fin. Naturali porro gentium & honestis moribus exemplariter vixisse Historia Lucretiæ J. Bruti & Collatini refert.

128. Tum † *errat* & Pomponius quæ *rationem ordinis*, quæ *temporis* & LL. XII. Tabul. *originis*. Regibus non statim LL. XII. Tab. suffectæ, sed Cofs. magnum numerum in secundâ aetate Romanæ Monarchiæ intercessisse, in historia proletariū est! Annos, uti ego numero, post exactos Reges & primorum Cofs. ad tempora ablegationis legatorum Athenas, præterlapsos LVI: Post tempus LL. allatarum LIIIX: Conscriptiois X. Tab. priorum LIX: accessionis duarum Tabularum LX. Anno ab urbe conditâ CCC III. vel circiter, ut verè non compareat computus ille XX. annorum Pomponii.

129. † *Quin* & Dictaturam ante LL. XII. Tabul. cepisse tritissimum est in Tito Largio primo Dictatore circa A. V. CCLIII. creato, cui ad semestre spatium tota Reipublicæ cura commissa est. Liv. lib. 2. A. Posthumio Dictatore altero A. V. CCLIV. creato: M. Valerio eodè anno dictitato. Q. Concinnato Dictatore A. V. CCXCVI. creato Liv. lib. 3. Plebiscita etiam in prima secessionem circa annū CCLX. contra foeneratores & Patrum sævitiam proq; restituenda L. Publicola lata & introducta esse docet

Liv. lib. 2.

SOLI DEO GLORIA



Varis, quæ legum & juris sit origo  
FLEMINGI,

Quæstio te digna est, quæstio digna  
bonis!

Jus omne è cælis fluxit. Ne respice terras:

Quicquid ibi legum est, hoc Deus omne dedit:

Et dedit aut tabulis scriptis in monte Sineo,

Aut monitis, quæ mens suggerit ipsa probis.

His cæli à scitis si quid fors dissonat, istud

Haud lex, sed nex est exitiumq; viris.

Ergo leva mentem sursum, generose FLEMINGI,

Discere si legum quæ sit origo velis.

Juveni natali um splendorem egregiis  
conatibus aucturo hoc amoris  
fignum posuit

J. MICRÆLIUS SS. Th. D. &  
Prof. Rector Ill. Gymn. Stet.

Sunt Jura ipsa DEI TER SANCTI oracula, Moysi  
Tradita, JEHOVÆ sculpta manu in Tabulis.

Hausit ea Ægyptus post Moysen: Gracia deinde:

Hinc sunt Romanis mutua facta Viris:

Nostra ea nunc facimus privata, & publica quævis.

Vah! quanta hæc Mundo Gratia Dia venit.

His Cathedra florent: His Templo, & Regna reguntur:

Gloriæ, & his summus nascitur Orbis apex.

Hæc cum scrutaris FLEMINGI Nobilis, annon

Egregiâ præstas Indole laudis opus?

Dum

Dum sunt Jura tibi per prima Exordia Curæ?  
*Quisq[ue] sic Themidi non litat, Arte vacat.*

*faventer conatibus  
Nobilissimi Dn. Respondentis  
annuo*

JOAN Githman / D. & Prof.  
Præses.

---

Epigr. In Disputat. de Origine Juris.


**I**lle bobus leporem venatur, aratq[ue] profundum,  
Qvi fundamentis putrida ligna locat.  
Huic ollam tripodes scandunt, fulmenta q[ue] lectum,  
Qvi colophone domos instruit ante basin.  
Amphora ei cœpta est; Sed vilior urceus exit,  
Qvi teneros rivos, fonte remotus, amat.  
Tu potior Fleminge, ciens cunabula juris  
Damnati damnas ordinis esse reus.  
Quisquis justa suis decernit tempora rebus,  
Proficit, & lucrum, dum cadit erro, facit.


fudit

in gratiam


Nobil. & Ingenui Juvenis  
Respondentis

HENRICUS SCHÆVIUS  
Med. Lic. P. L. & Pr.

















VVLGO DIATO die Klapper-Jagd. 433

§. XI.  
Quodsi igitur in iudicio petitorio (a) super ipso ita  
di iure controuersia mouetur, is, cui solum inferi-  
a minor, aut media, venatio data est, a nostro ve-  
modo se abstinere debet in locis, vbi ferae maio-  
bentur. Is autem, qui duntaxat superiori, siue ma-  
audet venatione, tali, vice versa, vti nequit in lo-  
i ferae minores, aut mediae, subsistunt. Ratio as-  
uius in promptu est, qui alterius ferae per eiusmo-  
ationem disturbantur, et in aliena loca extra ban-  
erinum transfugiunt (b). Non debet autem alteri  
per

orum numerus praeter necessitatem non sit augendus, si-  
lem id quoque non facile permittitur, vt, praedio, cui  
venandi cohaeret, inter plures possessores diuiso, in lo-  
vnius iaculatoris, qui ante factam diuisionem fuit, postea  
es substituuntur. Vid. Mandata Regis Prussiae d. 9. Maj.  
4. d. 10. April. 1709. d. 8. Mart. 1712.

Actiones, quibus partes litigantes in iudicio petitorio ex-  
antur, sunt Confessoria et Negatoria vtilis.

Audiamus ante, quam vltius progredimur, ipsosmet ve-  
res, quibus potissimum in sua arte credendum est. Huc  
me faciunt tria luculenta testimonia, quae sequentibus  
s concepta sunt:

Steuer der Wahrheit attestire ich Endes, Unterschriebener  
l. Schwarzburgischer Ober-Förster hiermit auf Begehren,  
das so genannte Klappern oder Klapper-Jagen, wenn  
nehm.

E